



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1691. usque ad annum 1701

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1781**

**VD18 13322648**

§. 22. Rascianorum Patriarcha, & quidam Turcæ fidem Catholicam  
professi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67627)

Sæc. XVII.  
A. C. 1696.

## §. XXII.

*Rascianorum Patriarcha & quidam  
Turcæ fidem Catholicam professi.*

Die sexta Januarii Budensis Vice-  
Bassa, qui jam integro decennio *Theatr. Eu-*  
*Viennæ captivus hærebat, unacum*  
*uxore sua ibidem Sacro fonte tinctus*  
*a Mahometana superstitione ad fidem*  
*Catholicam rediit, ac propterea a be-*  
*nignissimo Imperatore Leopoldo nobile*  
*quoddam prædium, aliaque Cæsareæ*  
*liberalitatis insignia recepit. Hujus*  
*Turcæ exemplum sequebatur Theophili-*  
*lus Rascianorum Archimandrita seu in*  
*Hungaria, Sclavonia, Transylvania,*  
*aliisque finitimis locis Patriarcha; post-*  
*quam enim Belgrado a Turcis recupe-*  
*rato unacum viginti suorum millibus*  
*fæse Cæsaris patrocinio ac clientellæ*  
*devoverat, die decima octava Martii*  
*haud angustum illius regionis tractum*  
*prope Budam incolendum aliosque fa-*  
*vores pro se, suoque Clero & Ecclesiis re-*  
*cepit: suam vero gratitudinem testatus,*  
*non modo aliquot suæ Nationis millia*  
*sub Cæsareis vexillis militatura spon-*  
*debat, sed insuper ipse cum aliis eju-*  
*rato schismate fidem Romano - Catho-*  
*licam professus est. Præterea Libe-*  
*rachi Bassa cum fratre suo, totaque*

Z 4

fami-

Sæc. XVII. familia ad Venetos transiit, omnesque  
A. C. 1696. præsidiarii, qui in Uranograz & Tudo-  
 rovo arcibus a Comite Budiano capti  
 fuere, unacum suis uxoribus, prolibus  
 Baptizati, Mahometis impietatem de-  
 testati sunt.

## §. XXIII.

*Anceps prælium Cæsareos inter &  
Turcas.*

*Wagner  
Hist. Leop  
pag. 313.  
Hode vie du  
Louis XIV.  
pag. 198.* **D**um hæc Viennæ gerebantur, Fridericus Augustus Saxoniæ Elector, qui Cæsareo exercitui cum summa potestate præfuit, in Hungaria collectis undique copiis Temesvariam oppugnare constituit, admotisque belli tormentis obsidionales fossas versus arcem promovit: cum autem Sultanus trajecto simul Savo & Danubio, urbi suppetias ferre festinaret, Elector clamatis vasis hosti obviam processit, prælium tentatus: Igitur octo lectissimas cohortes selegit, quæ superatis obstantibus dumetis obliquum hostium latus adorirentur, ac tamdiu pugnando persisterent, donec universus exercitus in pugnam succederet: Dies erat vigesima quarta Augusti, qua Cæsarei sexta a meridie hora in Turcas incurvare, atque edita circum multa hostium cæde, mox ad currule sepimentum